

THOMÆ



DEL BENE

CLERICI REGVLARIS

S. THEOLOGIE PROFESSORIS.

45
2499

D E

Comitis, seu Parliamentis,

*Ac incidenter, & Corollarie de aliis moralibus
materiis, præcipue de Ecclesiastica
Immunitate*

DYBITATIONES MORALES.



de la Libreria N.º

Sumptibus NEMESII TRICHET.

M. DC. XLIII.

Num. 48. Cay. 1. num. 6.





SANCTISSIMO PATRI,
A C
DOMINO NOSTRO
VRBANO VIII.
PONT. OPT. MAX.

VERITATEM, quam ἀλήθειαν Græci Plato in Cratylo. dixere, & diuinam Plato interpretatur lationem, BEATISSIME PATER, his prætereà laudibus extulere Veteres: ut ea neque quidquam maius Homo accipere, neque dignius dari hominibus possit. Pythagoras quoque ita cum Hominibus gratulatur: Et quod veritatem amplecti possent, eamque aliis, dum insinuant, beneficare, ἀληθειῶν ἑὐεργετῆιν. Ergo sapienter admodum aduersus Romana eloquentia Parentem Lactantius: Nimium Socratis carcerem times; ideoque veritatis patrocinium suscipere non audes; Quid profuit vidisse te veritatem, quam nec defensurus esses, nec secuturus? veluti indignum esse ea luce perfundi

Plato in Cratylo.


Ælian. lib. 12. c. 59.

Lactant. lib. 1. c. 3.



DVBITATIONES MORALES

*De Comitibus, seu Parliamentis, ac incidenter, &
Corollariè de aliis moralibus materiis, præcipuè
de Ecclesiastica Immunitate.*



DVBITATIO PRIMA.

An conuocare Parliamentum generale spectet ad Regem?

SECTIO I.

Proponitur Dubitationis Resolutio.

RESPONDEO affirmatiuè, & probatur à pari: quia conuocare Concilium generale propter bonum commune Ecclesiæ spectat ad Papam; ergo conuocare Parliamentum generale propter bonum commune Regni, spectat ad Regem. Antecedens patet ex *cap. significasti de elect. & dist. 17. per rotam in decretis*; & habetur ex praxi, &
Th. del Bene Dubis. Moral.

traditione Ecclesiæ: sic enim testatur Iulius Papa apud Athanasium *Apol. 2. Socratem lib. 2. cap. 13. Sozom. lib. 3. cap. 7. & 9. & Nicephorum lib. 9. cap. 10.* sic etiam testatur Damasus Papa *epist. 4. ad Episc. Aporicanos cap. 1. & Lucentius Legatus Romanus in Chalcedonensi Concil. act. 1.* ac tandem sic testantur Patres *in Concil. Oecumenico act. 18.* & ratio est, quia ad Papam spectat ex officio bonum commune Ecclesiæ procurare; tum quia ad eum spectat Concilium generale conuocare, qui omnium nationum Episcopis cum auctoritate imperare potest; hic autem est solus Romanus Pontifex, tanquam aliorum Episcoporum, totiùsque Ecclesiæ caput, sicut appellatum reperies *in Concilio Ephesino general. tom. 2. cap. 15.*